

FLORA

71. Jahrgang.

Nro. 9.

Regensburg, 21. März

1888.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XXVIII. — Notiz über *Parmelia perlata* und einige verwandte Arten von W. Nylander. (Aus Journ. de Bot. 2^o Jahrgang. No. 3.) — Anzeigen. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXVIII.

1269. *Alectoria spinosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 188, e *Nepalia Indiae Orientalis*, jam a cl. Nylander, Syn. p. 281, sub *Alectoria sulcata* cum *Cornicularia sulcata* Lév. (1844) identificata fuit, et ramis altero latere profunde sulcato canaliculatis et sporis pro affinitate magnis insignita est. Apothecia terminalia videntur, sed vere lateralia sunt, torsione erecta et vera continuatione ramulorum refracta more *Ramalinarum* subtus spurie appendiculata sunt. (Vidi orig. in hb. Tayl.)

1270. *Alectoria tuberculosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 187, e *Peruvia* (Cumingii n. 1469), sit *Ramalina laevigata* Fr. v. *tuberculosa* Müll. Arg., thalli laciniae 10 cm. et ultra longae, 5—8 mm. latae, longo tractu aequilatae, semel et bis bifurcatae, rigidae, opacae, undique tuberculiferae et sorediis linearibus erumpentibus notatae; apothecia dorso laeviora, hinc inde tamen margine radiatim plicatulo-rugosa; sporae nunc modice nunc valde incurvae, 14—20 μ longae et 5—5 $\frac{1}{2}$ μ latae. — Tubercula saepe glomeratim conferta, hinc inde apice in apothecium novellum abeuntia. — Vidi orig. in hb. Tayl.

1271. *Alectoria virens* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 188, e *Sheopore Indiae Orientalis*, jam a cl. Nyl. (Syn. p. 283) iterum pro legitima specie exposita, colore sulphureo-

virente insignita at tantum sterilis nota est. (Vidi orig. in hb. Tayl.)

1272. *Cornicularia laeta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 190, e Mexico, a cl. Nyland. Syn. p. 281, ad *Alectoria ochroleucam* Ach., et Nyl., s. *Bryopogonem ochroleucum* Linkii relata, distincta est et ab ea recognoscitur minutie et tenuitate omnium partium et praesertim ramis et ramulis interrupto-striolato-angulosis et plus minusve pellucidis (nec opacis et laevi-teretibus). Apothecia dein minora, $1\frac{1}{2}$ mm. lata, involuto-concava et disco multo pallidiore praedita, sed juniora tantum sporis haud evolutis visa sunt. Sub lente angulositate ramulorum statim recognoscenda. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

Genus *Cornicularia* sensu primitivo Ach. pro *Cornicularia tristi* Ach. et *C. aculeata* Ach. Meth. recipiendum est, quale etiam occurrit apud Th. M. Fries Heterol. p. 49, nec autem novo sensu a De Not. Framm. 1846 p. 30 exposito. Ex altera parte genus *Alectoria* etiam primitivo sensu Achariano (Ach. univ. p. 120 et 592), et Nyl. Syn. p. 277, excludendis exclusis, servandum est, at *Cornicularia ochroleuca* Ach., seu *Alectoria ochroleuca* Nyl. ab utroque genere sporis demum (intense) fuscis differt et praeeunte Linkio sub *Bryopogone* retinenda est (cujus synonymon est *Alectoria* De Not., Th. Fr., Körb. Par., non autem Ach.), et cui pertinet etiam *Cornicularia laeta* Tayl., quae dein evadit *Bryopogon laetus* Müll. Arg.

1273. *Dufourea collodes* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 102, ex ins. variis antarcticis, est vulgaris et fertilis *Clathrina aggregata* Müll. Arg., s. *Cladonia aggregata* Eschw., ut jam cl. Nyl. et Linds. antea statuerunt. (Vidi specim. orig. in hb. Tayl.)

1274. *Dufourea plumbea* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 184, e Capite Bonae Spei, est *Siphula tabularis* Nyl. Syn. p. 263. (Vidi specim. orig. in hb. Tayl.)

1275. *Dufourea simplex* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 185, s. *Siphula simplex* Nyl. Syn. p. 262, ex Amer. sept. occid., eadem est ac *S. ceratites* Fr., Nyl. l. c. sed paullo altior, $4\frac{1}{2}$ cm. alta (*S. ceratites* autem $1\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ cm. alta) et saepius simplex, subinde superne 1—2-ramulosa. Reliqua omnia, crassities, color, consistentia, superficies utriusque accurate quadrant. Sit ergo *S. ceratites* var. *simplex* Müll. Arg. —

Apothecia a Tayl. descripta sunt depressiones quae hinc inde in apice podetiorum et ramulorum occurunt et quae etiam in planta norvegica adsunt. (Vidi specim. orig. in hb. Tayl.)

1276. *Cetraria citrina* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 176, e Java, est bona species, quae jam antea a cl. Nyl. (Syn. p. 304) cum synonymia hic spectante iterum tractata est. (Vidi specim. orig. in hb. Tayl.)

1277. *Cetraria inflata* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 646, s. *Ramalina inflata* eorumd. in Hook. f. Flora antarct. 1 p. 194 t. 79 f. 1, ex Auklad insulis, dein a cl. Nyl. (Recogn. Ramal. p. 65) iterum exposita, est (fide orig.) omnino eadem ac *Ramalina geniculata* Nyl. Rec. Ram. p. 65, non autem *R. geniculata* Hook. f. et Tayl. — Prior species, ut jam Tuckermann (Gen. p. 6) recognovit, geographice latissime distributa, in fere omnibus regionibus tropicis et subtropicis hodie lecta et in Australia vulgatissima est. Etiam *R. subpusilla* Nyl. Recogn. Ramal. p. 66 non nisi chemice, i. e. systematice non differt. — Lichen dein a cl. Nylander (Recogn. Ramal. p. 69) sub *Ram. subgeniculata* descriptus, e Madeira (Mandon n. 24, quam etiam e Teneriffa, Santa-Cruz, et e Toowoomba et Illawarra Australiae et e Hong-Kong coram habeo), non est nisi forma vulgo minor, gracilis ramosa, et saepius magis microcarpa, podetiis minus incrassatis ejusdem *Ramalinae inflatae*; sit ergo *R. inflata* v. *gracilis* Müll. Arg. (Vidi specim. orig. in hb. Tayl.)

1278. *Cetraria lacera* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 646, e Nova-Zelandia, est *Sticta parvula* Nyl. Consp. Stict. p. 7, nunc sub *Sticta lacera* Müll. Arg. nuncupanda. — Thallus stipitatus, vix 2 centimetralis, rigidulus, anguste laciniatus, superne varie lacinulatus, subitus glaber et cyphellis exiguis immersis parcis praeditus; apothecia 2 mm. lata, nigro-fusca, marginalia; sporae 8-nae, fusiformes, mox fuscidulae, 2-loculares, 35—40 μ longae, 7—9 μ latae. Gonidia globosa, diametro 5—7 μ aequantia. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1279. *Ramalina canaliculata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 188, quoad specim. e Veragua, sporas offert elongatas, fusiformes, 16—25 μ et ultra longas et $4\frac{1}{2}$ —5 μ latae, rectas aut leviter incurvas, et apothecia 1—2 mm. lata, plana, prominenter marginata. Haec eadem est ac *R. alludens* Nyl. Recog. Ram. p. 32. — Specimina californica et illa ex insula

Tahiti hb. Tayl. non vidi, sed alia, ē Taïti mei herbarii cum *Ramalina canaliculata* quadrant, qualem hoc sub nomine exposuit Nylander (Recogn. Ram. p. 31). — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1280. *Ramalina geniculata* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 655 (non Nyl.), e Nova-Zelandia, e tribus intricatim commixtis (fide orig. Tayl.) superstructa fuit:

- a) Ramulis turgidis non costato-angulosis hinc inde perforatis est *Ramalina inflata* β *gracilis* Müll. Arg., cui referenda est *R. subgeniculata* Nyl. Recogn. Ram. p. 69.
- b) Ramulis subteretibus, costato-angulosis, haud perforatis, est *Ramalina gracilis* Nyl. Syn. p. 296, et Recogn. Ram. p. 17. — Sporae e majore parte incurvae, non semper rectae, nec semper incurvae.
- c) Ramulis altero latere canaliculatis, non perforatis, est *Ramalina linearis* (Ach.) Nyl. Recogn. Ram. p. 31. — Sporae breves et rectae, obesae ut in *R. Eckloni* Montg. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1281. *Ramalina leucosticta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 189, e Tahiti, jam a cl. Nylander (Lich. exot. Polynes. p. 237) recte ad *Ram. lineare* (Ach.) Nyl. relata fuit, at sporis evolutis haud praedita est. Specimina caeterum fertilia verisimiliter aqua marina obfuscata sunt. In superficie undique occurrunt puncticula irregulariter verruculiformia, eximie minuta, albida (unde nomen specificum Taylori), quae non sunt soredia, in aqua enim facile solvuntur et verisimiliter efflorescentiam salinam sistunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1282. *Ramalina Menziesii* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 189, e California, jam anno 1800 in Schraderi Journ. I. p. 238 sub *Lichene reticulato* diagnosticata, in Nylanderi Recogn. Ram. p. 25 sub *Ramalina reticulata* Krplh. c. syn. tractata est. — Est decus generis.

1283. *Ramalina ovalis* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 655, e Tasmania, a cl. Nyl. Recogn. Ram. p. 47 pro subspecie iterum exposita et simul in obs. pro varietate *R. Yemensis* Nyl. declarata, est quasi forma (rara) abbreviata *R. Eckloni* v. *membranaceae* (Laur.) latisime distributae et in Australia vulgatissimae, quae simul in eo leviter recedit quod thallus magis rugosus et subinde pallidior.

Sporae et apothecia haud recedunt. Sit *R. Eckloni* v. *ovalis* Müll. Arg. — Ad specim. orig. in hb. Tayl.

1284. *Ramalina pilulifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 190, e montibus insulae Juan Fernandez, in Nylanderi Recogn. Ramal. praeterita, species distincta est. Densissime caespitose crescens, circ. $1\frac{1}{2}$ —2-pollicaris, laciniae erectae et arrecto-ramosae, cum ramis longe linearis-angustatae, interdum apice flagelliformes, siccae rigidae, inferne vage polygonales et altero latere longitrorsum plus minusve canaliculato-concavae, caeterum laeves et superficie leviter impresso-inaequales; apothecia terminalia et juxta apicem lateralia, haec sessilia, omnia cito alte hemisphaerico-convexa v. fere globosa, tantum 1— $1\frac{1}{2}$ mm. lata, basi intrusa, carneo-pallida; sporae in ascis 8-nae, 12—14 μ longae, 5—6 μ latae, ellipsoideae, utrinque late obtusae, rectae v. leviter incurvae. — Species minutie et forma apotheciorum insignita, habitu ad *R. scopulorum* Ach. accedens. — Ad specim. orig. in hb. Tayl. (hic spectat *Ramalina subulata* Montg. in Flor. Chil. 2 p. 82, 1854).

1285. *Ramalina terebrata* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 654, ex insulis Aukland, est nunc *R. laevigata* Fr. f. *terebrata* Müll. Arg. Lich. Terrae Magellan. — Est forma vetusta, ulcerata, hinc inde erosio-perforata. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1286. *Ramalina verrucosa* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 655, e Falkland Insulis, jam anteā a cl. Nylander (Recogn. Ram. p. 49) ad *R. sepiaceam* (Pers.) Nyl. relata fuit, sed haec iterum eadem est ac *R. laevigata* Fr. Syst. Orb. Veget. p. 283 (1825). — Ad specim. orig. in hb. Tayl.

1287. *Peltidea erumpens* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 184, e Dunkerron in Hiberniae distr. Kerry, est exacte eadem planta quam antea in meis L. B. n. 408 sub *Peltigera rufescens* v. *vulnerata* e Salève enumeravi, ubi cum normali *P. rufescens* commixtim crescit, at iterum iterumque visa, ob minutiem, colorem paginae inferioris pallidiorem et rhizinis ibidem fere deficientibus revera ad *Peltigeram pusillam* Körb. referenda est et dein erit *Peltigera pusilla* v. *vulnerata* Müll. Arg. — Specimina, ut mea genevensia, aut omnino sterilia aut apotheciis non omnino evolutis praedita sunt. Si planta specificie distincta esset tum nomen specificum Taylori anteponden-dum fuisset. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1288. *Peltidea glaucescens* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 183, e Diana's Peak insulae Sanctae-Helenae, a cl. Nyl. Lich. exot. Bourb. ad *Erioderma unguigerum* Nyl. relatum, est *Erioderma polycarpum* Fée Ess. p. 146. Pagina inferior hinc inde fasciculis amplis rhizinarum subnigrarum similiter ornata est ac in specim. borbonicis et madagascariensis (a Hildebrandt lectis); sporae circ. 15 μ longae et 7—8 μ latae, ambitu ut in *Pannariis* verruculosae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1289. *Peltidea pulverulenta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 184, s. *Peltigera pulverulenta* Nyl. Syn. p. 325, e Columbia, distincta est superficie tenuiter granulari et thallo crassiore quam in *P. canina* et *P. microdactyla* Nyl. Apothecia orbiculari-elliptica, 3 mm. lata, dorso valde verrucosa. — Sporae dein sunt longiores, bene evolutae 100—140 μ longae et 5 μ latae, 3—5-septatae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1290. *Sticta calithamnia* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 183, ex insula Juan Fernandez, a cl. Nylander (Syn. p. 126) erronee ad *Leptogium* relata et sub *Leptogio callithamnio* exposita, est vera *Stictina*, sed in specim. orig. Tayl. huic plantae fragmentum immixtum est normalis *Leptogii tremelloidis* β *azurei* Nyl. (fertile), quod dein, ut videtur, a Nyl. commixtim cum ramillis *Stictinae* sub *Leptogio callithamnio* descriptum fuit (ex margine fimbriato-dissecto dicto). — Hoc *Leptogium* ergo omnino delendum est, et planta e Juan Fernandez sub *Stictina callithamnia* Müll. Arg., juxta proximam *St. filicinellam* Nyl. locanda, retinenda est, a qua recedit thallo minore, vix pollicari, profundius diviso, laciniis subtus valide costatis, tomentellis, pallidis, lacinulis marginalibus cerebrimis isidioso-tenuibus et confertis, et defectu cyphellarum paginae inferioris. Gonimia in glomerulis parvulis pauperulis intensius coerulea, demum facile e glomerulis secedentia. Apothecia ignota. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl., evidenter a Bertero lectum sub n. 1639, quo sub numero Berteroano (jam in Montagnei Prodr. Florae Fernandezianae p. 14 citato) etiam aliunde accepi.

1291. *Sticta cellulifera* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 647, e Campbell's Island, Auckland et New-Zealand, sit *Sticta Billardieri* v. *cellulifera* Müll. Arg., a forma normali speciei recedens habitu validiore, rigidiore, laciniis inferne longius connatis. — Speciem distinctam

simulat, at tota species ambitu et divisione est eximie varians similiter ac *St. Freycinetii* Del. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1292. *Sticta chloroleuca* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 649, e Nova-Zelandia, eadem est ac *St. Freycinetii* v. *prolifera* Müll. Arg. L. B. n. 565. — Pagina inferior quidem albida est, sed alia specimina hoc charactere etiam ludunt et apicem versus haud raro etiam lato spatio albida occurrit; et insuper hinc inde rugosa aut areolato-rugosa est, sed in ipso specim. Tayloriano, in eodem Lichene, hinc sub margine rugosa, illinc omnino laevis est, et planta dein non amplius a comparata varietate distinguenda est. — Vidi specim. Tayl. a Sinclair lect. et a cl. Babingt. commun.

1293. *Sticta cinereoglaucia* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 358, e Nova-Zelandia, jam a cl. Babingt. et Nyl. iterum bene exposita, abundanter fructificans, est species nulli arcte affinis. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1294. *Sticta coriacea* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 648, e Nova Zelandia, rigiditate, pseudo-cyphellis et apotheciorum margine albo-hispido- v. hirto insignis, a cl. Nyl. (Syn. p. 366) sub *Ricasolia coriacea* iterum exposita est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1295. *Sticta denudata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 182, e Peruvia, jam a cl. Nyl. Syn. p. 370 sub *Ricasolia dissecta* (Ach.) iterum tractata est. Species indumento paginae inferioris in lineas 2—5 mm. latas grosse reticulatim junctas fuscas et fusco-nigricantes disposito facile discernenda. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1296. *Sticta divulsa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 182, e Chonos Archipelago et Chiloë, est *Sticta Richardi* β *rufo-virescens* Babingt. in Hook. Flora of New-Zealand p. 14. — Planta quam in forma genuina *St. Richardi* Montg. Prodr. Flor. Fernandez (1835) angustius -divisa et obscurior, fuscescens, non glauca, caeterum bene congrua et color ut in forma genuina: v. *glauca* Bab., in quibusdam speciminibus, pro parte transit in illam varietatis β. — Sporae 2-loculares, fusiformes, mox fuscae, 27—33 μ longae et 7—9 μ latae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl. (recenter etiam ad Fretum Magellanicum a cl. Hariot copiose lecta fuit).

1297. *Sticta Drummondi* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 181, e British North America, nil est nisi *Nephromium*

tomentosum Nyl. Enum. p. 101 et Syn. p. 319, normale, et jam hoc loco rectificatum fuit. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1298. *Sticta erythroscypha* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 181, ex insula Juan Fernandez, a cl. Nylander (Syn. p. 339) ad *Stictinam gilvam* Nyl. (veram *St. gilvam* non nisi ex Africa australi habeo) relata, propter superficiem laevem, omnino non scrobiculatam aut scrobiculato-inaequalem, ad *Stictinam Maugeotianam* Nyl. referenda est. Margo apotheciorum junior praesertim carneus, aut rubellus aut lateritio-ruber, sed color inconstans, et in aliis apotheciis ejusdem thalli etiam occurrit margo argillaceo-fuscus aut fuscescens. Discus dein, ab auctore aterrimus dictus, est obscure fuscus, nigrescens. Thalli laciniae ambitu multo angustiores et pallidiores sunt quam in *Stictina crocata* et intus sub lamina gonimiali albae sunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1299. *Sticta fimbriata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 180, s. *Stictina sylvatica* v. *Dufourei* Nyl. Enum. synopt. Stict. in Flora 1855 p. 297, s. subspecies *Stictina Dufourei* Nyl. Syn. p. 348 aut species *Stictina Dufourei* (Del.) Nyl. Consp. synopt. Stict. p. 5, e sylvis prope Killarney Hiberniae, a *Stictina sylvatica* Nyl., quae proxima et similis, praesertim in eo differt, quod laciniae ultimae thalli minus angulosae margine plus minusve dissectae et praesertim in pagina inferiore subreticulato-rugosae. Apothecia ignota. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1300. *Sticta flavicans* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 648, seu *St. Urvillei* v. *flavicans* Nyl. Syn. p. 360, e Falkland Ins., Cap Horn, et Nova Zelandia, est *Sticta endochrysea* v. *flavicans* Müll. Arg. Lich. Feuerland. a cl. Hariot lect. — Thallus supra in variis imo in iisdem speciminibus ludit fere laevis aut plus minusve scrobiculato-inaequalis, ad margines parcus aut copiosius lobulatus aut lacinulosus aut corallino-dissectus. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1301. *Sticta glabra* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 647, e Falkland Islands, est *Sticta Freycinetii* Del., planta genuina; e Van Diemensland s. Tasmania est ejusdem var. *prolifera* Müll. Arg. L. B. n. 565; et e Campbell's Island est var. *glabrescens* Müll. Arg. L. B. n. 565, et dein e Cap Horn est var. *fulvo-cinerea* Nyl. Syn. p. 365. — Vidi specimina originalia in hb. Tayl.

1302. *Sticta Humboldtii* Hook. in Kunthii Syn., et Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 178, ex America austr., ab ill. Humboldt lecta, est *Stictina Humboldtii* Nyl. Syn. p. 341; specim. Humboldtiana optime cum meis novo-granatensisibus a Wallisio lectis convenient. — Vidi orig. Hook. et Thoms. in hb. Tayl.

1303. *Sticta imbricatula* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 180, ex insula Juan Fernandez, a cl. Nyl. Syn. p. 359 vix a *St. endochrysea* Del. diversa declarata, est *Sticta endochrysea* v. *Urvillei* Müll. Arg. Lich. Hariotian. e Feuerland (s. *Sticta Urvillei* Del., Nyl. Syn. p. 360). — Thallus minor quam in genuina *St. endochrysea* Del., intus flavissimus; pseudocyphellae rarae (flavae); sporae in apotheciis junioribus nondum evolutae. — Vidi orig. in hb. Tayl.

1304. *Sticta impressa* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 648, e New-Zealand, simillima est *Stictae Billardieri* Del., sed pseudocyphellae definite sulphureo-flavae v. demum pallide flavae et minores, caeterum similiter hemisphaerico- v. conico-prominentes. Sporae utriusque non essentialiter differunt et subinde etiam 4-loculares sunt, fere semper tamen, ut in comparata specie, 2-loculares sunt, ad extremitates nunc obtusae, nunc plus minusve acutatae v. attenuatae. Eandem plantam cl. Nylander (Syn. p. 364), addito synonymo, sub nomine *Stictae physciosporae* enumerat. E Nova Zelandia revera Tayl. etiam specimina sub *St. impressa* habuit quae ad *St. Billardieri* sunt referenda (tale ab ipso Tayl. determ. et a cl. Babingt. benevole missum in hb. habeo), sed descriptio Taylori et specim. orig. (quae coram habeo), congruunt et dein sub nomine *Stictae impressae* servanda sunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1305. *Sticta linearis* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 647, e Van Diemensland, est *Sticta Billardieri* Del. Stict. p. 99 t. 8 fig. 35. — Laciniae latiores (4—10—14 mm.) quam in icon. Del., sed specimina habeo ampla in quibus formae utriusque ex eodem individuo adsunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1306. *Sticta lutescens* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 179, e Java a Spanoghe lecta, s. *Stictina lutescens* Nyl. Syn. p. 346, s. *St. quercizans* v. *lutescens* Nyl. Enum. synopt. Stictar. in Flora 1865 p. 297 et Conspect. synopt. Stictar. p. 7, a plantis normalibus speciei non differt nisi thallo ampliore,

firmiore, laciniis latioribus et paullo fuscescenti-flavicanibus ut in *St. quercizantis* var. *xanthotropa* (Krph. Lich. Glaz. sub *Sticta*). Apothecia bene conveniunt. Sporae 23—32 μ longae, 7—8 μ latae, juniores hyalinæ aut subhyalinæ, tantum 2-loculares (at status junior 4-locularium semper antea 2-locularis). — Vidi orig. in hb. Tayl.

1307. *Sticta propaginea* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 178, e Surinam, quasi medium tenet inter *St. subvariabilem* Nyl. et *St. Freycinetii* v. *proliferam* Müll. Arg.; a posteriore apotheciis minoribus et tenuissime crenulato-marginalis et thallo tenuiore, nitidulo, subtus albido-tomentello statim recedit, et a priore thallo laevi et tenuiore et apotheciis paullo minoribus $\frac{3}{4}$ mm. latis differt. — Laciniae latiusculæ ad margines loborum copiose dissecto-lacinuligerae, lacinulae multiformes, breviusculæ, saepe iterum divisæ, sublineares et hinc inde subteretes. — Pseudocypellæ ut in proxima *St. subvariabili* Nyl. Gonidia diametro circ. 10 μ aequantia; sporæ 20—23 μ longae, 7—8 μ latae, latiuscule fusiformes, mox fulvo- v. rufescenti-fuscidulae. — *St. prolificans* Nyl. est angustius divisa et pseudocypellas offert distincte minores. *St. multifida* Laur. longius distat. — Crescit ramulicola in Surinamia (vidi orig. in hb. Tayl.).

1308. *Sticta quercifolia* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 177, e Ceylonia, in Nylanderi Enum. et Syn. sub *St. punctulata* enumerata, est eadem ac *Sticta sulphurea* Schaeer. in Moritzi Verz. p. 127 (1846). Hoc nomen prioritate gaudet ut jam antea alibi monui. — Vidi orig. in hb. Tayl.

1309. *Sticta rubella* J. D. Hook. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 649, e Tasmania, a Gunn lecta, et a cl. Nylander in Syn. p. 361 de novo pro specie dubitanter distincta exposita, revera a *St. aurata* Achi., normali, cui similis, non differt nisi pagina superiore undique pubescente aut breviter villosula; reliqua plantæ sterilis omnino quadrant. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1310. *Sticta rugulosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 177, e Peruvia, jam a cl. Dr. Nylander Syn. p. 375 sub *Everniopside trulla* interpretata est. — Vidi orig. in lib. Tayl.

1311. *Sticta Wallichiana* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 177, ex Indiae Orientalis regione Nepal, antea iterum a cl. Nyl. (Syn. p. 306) tractata et sub *Platysmate leucostigmeo* v. *Wallichiano* enumerata, a *Cetraria leucostigmate*

Lév. certe segreganda est et praeter thallum amplum, supra demum lacunoso-inaequalem et subtus concolorem praesertim pseudocyphellis omnino aliis, valde emersis, quasi conico-stipitatis, nec in pagina infera immersis distincta est. Planta copiose fertilis est sed sporae non evolutae sunt. Sit dein *Centaria Wallichiana* Müll. Arg. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1312. *Parmelia amphixantha* Müll. Arg., thallus gracilis, vix mediocris, laciñiato-divisus, utraque pagina albido-flavus; laciñiae e dichotomo pinnatipartitae, laciñulae patentes, bilobae aut bifidae, priores 2—3 mm. latae, ultimae 1—1 $\frac{1}{2}$, mm. latae, omnes subplanae, subtus ob margines leviter recurvos concaviusculae, rhizinis distantibus longis nigris v. subnigris laxissime adnatae, caeterum nudae et undique laeves, intus albae. Apothecia ignota. — Similis brasiliensi *P. flavae* Krplh. Lich. Warm. p. 373, sed divergenter laciñiata, subtus distanter et triplo longius rhizinosa et pagina inferior haud piceo-nigra. — In Australiae orientalis prov. Victoria ad lacum Albacutya: C. French. (ubi ab eodem etiam lectae sunt javanica *Lecidea russulina* Müll. Arg. L. B. n. 431, et *Buellia tetrapla*, sc. *Lecidea tetrapla* Nyl. Lich. nonnull. Austral. n. 19).

1313. *Amphiloma leucoxanthum* Müll. Arg.; thallus ex albido-flavo v. albido-aurantiaco mox dealbatus, pulvinaris, creberrime confertim breviradians et centro valde incrassatus, lobuli peripherici turgido-convexi, pulverulentí; apothecia sessilia, aurantiaco-flava, margine tenui thallino subalbido cincta, diametro 1—1 $\frac{2}{3}$ mm. lata; lamina apice fulvo-aurantiaca, caeterum hyalina; sporae in ascis angustis 8-nae, 13—15 μ longae, 5—6 μ latae, cylindrico-ellipsoideae, utrinque leviter angustatae, dissepimentum latum. — Ad *A. eudoxum* Müll. Arg. accedit, sed margo apotheciorum cum disco non concolor et thallus centro non thamnodice evolutus et radii peripherici duplo tenuiores. — Angra Pequena, corticola, ad ramos speciei *Sarcocauli*: Dr. Hans Schinz.

1314. *Psora testudinea* Müll. Arg., thallus squamosus, squamae 2—4 mm. latae, crassae, concavae, margine undulatae, albo-pruinosa et minute concentrica-sulcatae, caeterum supra olivaceo-pallidae et areolis subrhomboideis turgidis grossiusculis subtranslucidis ornatae, lineis inter areolas acute subinsculptis, subtus marginem versus albae v. albidae, centro obscuriores; apothecia nigra, nuda, ampla, 2—3 mm. lata, demum irregularia, innata et plana; v. demum paullo emergentia, immarginata;

lamina superne coerulescens; asci angusti, 8-spori; sporae 10—15 μ longae et 6—7½ μ latae, e varia longitudine ambitu variae. — Species insignis, juxta *Psoram crystalliferam*, sc. *Lecideam crystalliferam* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 148, locanda est. — Ad terram sabuloso-humosam secus Lake Albacutya, in Australiae prov. Victoria, cum californico *Amphilomate bolacino*, s. *Placodio bolacino* Tuck. Calif. p. 18, ex specim. orig.: C. French (miss. Bar. F. v. Müller).

1315. *Lecanora fibrosa* Müll. Arg.; thallus obscure cinereus, tenuis, minute confluenti-granulosus, margine zona argenteo-albescente et validiusculé radiatim fibrosa cinctus; apothecia innato-sessilia, cum margine ¼, mm. lata, sicca nigra, madefacta fumoso-fusca et magis emergenti-turgida, nuda, margine crasso at nano subgranoso-crenato cum thallo concolore discum non vel vix perspicue superante cincta; margo omnino thallobes; epithecium fuscum; hypothecium crassum, inferne subacutato-productum, hyalinum; lamina praeter epithecium hyalina; sporae in ascis angustis 8-nae, 13—18 μ longae et 7—9 μ latae, obovoideae. — Juxta *L. subfuscum* Ach. locanda est, a qua recedit margine apotheciorum nano, haud emergente et zona hypothallina margine argenteo-fibrosa. Prima fronte *Platygrapham* simulat. — Ad corticem arboris Baobab prope San Salvador Africae occidentalis: Dr. Büthner (a cl. Dr. Hennings comm.).

1316. *Lecidea* (s. *Lecidella*) *ocellatula* Müll. Arg.; thalli areolae in hypothallo nigro densius aut laxius diffracto-dispersae, hinc inde confertiores (et thallus tum diffracto- v. tessellato-areolatus), flavescenti-pallidae, suborbicularis v. angulosae, convexae, majores apothecio centrali nigro-oculatae, magnitudine valde ludentes, $\frac{2-7}{10}$ mm. latae; apothecia ex innato denum adnato-sessilia, nigra, $\frac{2-4}{10}$ mm. lata, marginata, tota nigra et nuda, e concavo plana; perithecium annulare, virenti-fuscum, subtus deficiens; epithecium olivaceo-virens v. virenti-fuscum; lamina cum hypothecio hyalina; paraphyses facile liberae, gracieles; asci oblongato-obovoidei, apice valde pachydermei, 8-spori; sporae 9—10 μ longae, 5—7 μ latae, ellipsoideae. — Species thallo insignita, prope *Lecideam Buelliastrum* Müll. Arg. L. B. n. 1163 locanda. Margo areolarum in vetustis denum marginem lecanorinum satis refert. — Saxicola, in insula antarctica Süd-Georgien: Dr. Wilken (com. ill. comes Prof. Solms).

1317. *Blastenia pulcherrima* Müll. Arg.; thallus obscure cinereus, subtenuis, crebre et tenuiter corallino-granularis, margine effusus; hypothallus albus, secus marginem subperspicuus; apothecia adpresso-sessilia, circ. $\frac{1}{4}$ —1 mm. lata, plana, tota pulcherrime tincta, primum fulgenti-laeto-coccinea, dein purpureo-sanguinea, tota concolora; discus planus; margo semper prominens, tenuis, demum undulatus et varie tortus; hypothecium et lamina inferne et medio hyalina, haec superne cum epithecio coccineo-purpurea; asci 8-spori; sporae 10—12 μ longae, 6—7 μ latae, late ellipsoideae, utrinque obtusae, loculi utrinque demum longe distantes. — Prope *Bl. puniceam* Müll. Arg. locanda est. A *Bl. ferruginea* apotheciis laetissime flammeo-coloratis, sporis minoribus et thallo differt. — Corticola in Australiae prov. Victoria, loco Mordialloc: French (ab illustr. Ferd. v. Mueller missa).

1318. *Buellia argillacea* Müll. Arg.; thallus argillaceus, tenuis, granuloso-diffractus, granula depressa, angulosa; apothecia $\frac{3-5}{10}$ mm. lata, nigra, nuda, plana, margine prominulo cincta; epithecium fuscum v. virenti-fuscum; hypothecium crassum, fusco-nigrum; asci 8-spori; sporae 15—17 μ longae, 7—8 μ latae, ellipsoideae, medio modice constrictae. — Prope *B. leptocline* Mass. locanda, ubi apothecia crassiora. — Saxicola in ins. Süd-Georgien, *Lecideae ocellatulae* intermixta: Dr. Wilken.

1319. *Phlyctidium* (s. *Phyllophlyctidium*) *phylogenum* Müll. Arg.; thallus virenti-argenteus, tenuissimus, laevis, mox a substrato desquamescenti-deciduus; gonidia tenello-phyllactidalia (unde sect. distincta *Phyllophlyctidium*); apothecia erumpentia, subalba, thallo emergente irregulariter spurie marginata, margo spurius demum crenato-lobatus; discus albus v. flavescenti-albidus, planus, paullo depresso, subpulverulentus; lamina hyalina, tenax; asci ambitu latiusculi, 4—5-spori; sporae hyalinae, vermiformes, utrinque rotundato-obtusae, 9—14-loculares, 56—65 μ longae et 8—10 μ latae, spiraliter curvatae. — Habitu ad *Gyalectidium xantholeucum* accedens, sed margo minus distinctus, irregularis et discus e thallo erumpens et sporae dein diversissimae. — In foliis Ixorae in Nōva Guinea: Sayer (comm. ill. Fr. v. Müller).

1320. *Astrothelium grossum* Müll. Arg.; thallus crassus, grosse disrupto- et undulato-inaequalis, superficie laevigatus, opacus, pallescenti-roseus; stromata sessilia, basi modice innotata, hemisphaerico-conica, obtusa, 2—4-pyrenia, tota altitu-

dine intense ochracea, apice ostiolo communi punctiformi nigrescente haud emergente praedita; perithecia integra, nigra, modice convergenter longicolla; nucleus albus; asci biseriatim v. imbricatim uniserialiter 8-spori; sporae oblongo-ellipsoideae, 4-loculares, circ. 33 μ longae et 14 μ latae. — Ab *A. ochrothelio* Müll. Arg. differt stromatibus solitariis et tota altitudine cum thallo discoloribus, et a proximo *A. conico* Eschw. distinguitur thallo omnino alio et sporis majoribus. — Corticola in Nova Caledonia: Pancher anno 1870 lectum (comm. a cl. Hariot).

1321. *Arthopyrenia* (s. *Euarthopyrenia*) *subpunctiformis* Müll. Arg.; thallus hypophloeodes (cum epidermide testaceo-subcupreo-pallens); apothecia hemisphaerica, nigra, $\frac{1}{2}$ mm. lata, basi dilatata thallo obtecta diametro $\frac{6}{10}$ mm. et ultra aequantia, apice integro rotundata, demum late umbilicato-depressa; perithecium dimidiatum; paraphyses sat copiosae, intricatae, cohaerentes; asci 2-seriatim 8-spori; sporae circ. 17 μ longae, 7 μ latae, oblongato-obovoideae, 2-loculares. — Proxima *A. punctiformi* Mass., sed praeter colorem differt apotheciis inapertis altius hemisphaerico-convexis, apertis apice late umbilicatis, totis distincte sed haud multum majoribus et paraphysisibus. — In Australiae prov. Victoria, loco Mordialloc: French. (Hanc etiam, et permultas alias jam ex longiore tempore iterum iterumque missas, nobili liberalitate et benevolentia mihi communicavit ill. Baron Ferd. v. Mueller Melbournensis).

Notiz über *Parmelia perlata* und einige verwandte Arten von W. Nylander. (Aus Journ. de Bot., 2^o Jahrgang, No. 3.)

1. *Parmelia perlata* (L.), gemeine Baum- und Stein-(Kiesel-) Flechte, häufig mit randständigen Soredien. Die Form mit randständigen schwarzen Wimpern ist die var. *ciliata* DC. — Die Markschicht der *P. perlata* wird durch Aetzkali gelb, welche Farbe durch Chlorkalk unverändert bleibt. Apothezien selten; Sporen 0.020—30 Mill. lang, 0.011—16 Mill. dick. Spermatien spindelförmig, in der Mitte verschmälert (bifusiforme), 0.005—7 Mill. lang, 0.0005—7 Mill. dick.

2. *P. crinita* Ach., der *P. perlata* f. *ciliata* ähnlich, ohne Soredien, häufig mit einem Isidium (einfachen oder verästelten

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1888

Band/Volume: [71](#)

Autor(en)/Author(s): Müller Johannes

Artikel/Article: [Lictienologifjche Beiträge von Dr. J. Müller 129-142](#)